Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et mandauit nubibus desuper / & ianuas caeli
aperuit .
Et pluit illis manna ad manducandum / & pa
nem caeli dedit eis .
Panem angelorum manducauit homo / cibaria
misit eis in abundantiam .
Transtulit austrum de caelo / & induxit in uir
tute sua affricum .
Et pluit sup eos sicut puluerem carnes / & sicut
arenam maris uolatilia pennata .
Et ceciderunt in medio castrorum eorum /
circa tabernacula eorum .
Et manducauerunt & saturati sunt nimis / &
desiderium eorum attulit eis / non sunt frau
dati a desiderio suo .
Adhuc escae eorum erant in ore ipsorum / & ira
di ascendit super eos .
Et occidit pingues eorum / & electos [illegible] israel .